

8. Qui peccaverit mihi, clamas ipse de cælis
Iehovah, delebo eum de libro vite: Et si averte-
rit se justus à justitia sua, nunquid vivet? in
pravaricatione, qua pravaricatus est, & in pec-
cato suo, quod peccavit, in ipso morietur. Exod.
32, 33. Iezech. 18, 24.

9. Idem Servator pluribus explicat, cum, in-
quiens, Spiritus immundus exierit ab homine,
ambulat per loca arenaria, querens requiem &
non inveniens, dicit, revertar in domum me-
am unde exivi: & cum venerit, invenit eam
scopis mundatam: Tunc vadit & assumit se-
ptem alios Spiritus nocentiores ipso, & ingressi
habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius
peiora primis Lue. 11, 24. & seqq.

10. Paulus vide inquit, bonitatem ac severi-
tatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seve-
ritatem: in te vero bonitatem, si permanseris in
bonitate: alioquin & tu excinderis: Et illi
tutsum, si non permanserint in incredulitate in-
serentur. Potest enim Deus denuò illos infe-
rere, Rom. 11, 22. & 23,

11. Hinc Romanis, certè renatis, hunc subinde
ingeminat Aphorismum: si secundum carnem
vixeritis, morienni: Et Galatis suis, prius
conversis graviter attestatur, nisi maturè pedem
referant, fore, ut gratia excidant, & Christus
eis nihil proficit, Rom. 8, 13. Gal. 5, 4.

Quin